

*141. Instrumentum donationis di
Luca de Zoffo, cantore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo di Potenza,
in favore della chiesa di S. Michele*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*141. Instrumentum donationis di
Luca de Zoffo, cantore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo di Potenza,
in favore della chiesa di S. Michele*

1439-02-27

(c. 502r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
tricesimo <nono>, regnante serenissimo et illustrissimo
domino nostro domino Regnato Dei gratia Hierusalem
et Sicilie rege et Andegavie, Bari et Lodocomanie
duce, Provincie, Pontis marchione et Cenomanie comite,
regnorum vero eius anno quarto feliciter amen, die
vicesimo septimo mense februarii presentis anni secunde
indicionis, apud civitatem Potentie.

1

2

Nos Trincanellus de Potentia ipsius civitatis ydrunte et
annalis iudex civitatis eiusdem, Thomasius Strambus de
Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus
citra et ultra serie Montorii <sic>, Capitinate ac
Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti
ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto
publico instrumento fatemur, notumfacimus et testamur
quod predicto die eiusdem, ante maiorem ecclesiam
Potentinam <sub> vocabulo Sancti Girardi, in nostri
presentia personaliter constitutus honestus vir domnus
Lucas de Zoffo, cantor eiusdem ecclesie, consentiens
primo in nos prefatos iudicem et notarium ut in suos,
cum sciret ex certa eius scientia ipsos suos iudicem
et notarium in hac parte non esse, iur(is)dic(i)onem //
(c. 502v) ipsorum voluntarie prorogando, qui quidem

La data chronica è stata integrata, per via di un probabile salto
in S, tenendo conto del computo indizionale e dell'era regni di
Renato d'Angiò, calcolata per anno incipiente allungato (dal
2 febbraio era invero iniziato il V anno di regno).

Così S per Lothoringie

domnus Lucas pro se et suis heredibus et successoribus, ex una parte, et domnus Loysius Porc(ari)us et domnus Nicolaus de Germino, prepositi ecclesie Sancti Michaelis de Potentia, ut dixerunt, agentes nomine et pro parte dicte ecclesie et clericorum eiusdem ecclesie, ex parte altera, qui domnus Lucas cantor ut supra non vi, dolo, metu ductus, sed sua mera et pura voluntate cum diu desiderans et deliberans quod <in hac> vita <cuncta> transitoria pereunt et ea solummodo anime proficiunt et fructiferant ad salutem que piis ecclesiis fidelium arrogarint quinimo ad des(er)tam ecclesiam Sancti Michaelis de Potentia, ut dixit, int(er)nes gerens affectionem precen(n)is singularem spontaneaue sua mera, libera et gratuita voluntate, pro salute anime sue et consanguineorum et maxime pro remissione peccatorum quondam Antonii Zappe dicti Partabosco, avunculi sui, in nostrum qui supra iudicis, notarii et testium subscriptorum presentia sollemniter et legitime cum omni iuris et facti solemnitate <asseruit> tenere et possidere: terras que sunt in contrata Cicinelli, suis loco et finibus limitatas; ysclam in contrata Gallitelli, que fuit quondam notarii Iacobi de Stampa; item quodam vineale quod fuit quondam Sturni, eorum finibus limitatas, cum arboribus fructiferis et infructiferis sistentibus intus dictas terras, pertinentes sibi iure et successione dicti Parz(a)hosti avunculi sui. Qua quidem assercione coram nobis facta, dictus Lucas de Zoffo Lucas cantor // (c. 503r) sponte et voluntarie coram nobis, habens et volens habere puram intencionem et devocionem ad dictam ecclesiam, dicto domino Loysio et domno Nicolao de Germino prepositis ecclesie Sancti Michaelis ut <supra> recipientibus, tam nomine eorum quam nomine et pro parte aliorum clericorum et dicte ecclesie procuratorum

et futurorum, iure proprio et inperpetuum dedit, donavit, tradidit et assignavit et concessit donationis titulo inter <vivos> ut tunc prout ex nunc omnes terras ut supra prenominate, eorum finibus designatas, cum omnibus arboribus fructiferis et infructiferis sistentibus intus predictas terras et cum omnibus iuribus <et pertinentiis spectantibus ad dictas> terras quoquomodo, cedens et transferens dictus dominus Lucas cantor donator eisdem domno Loysio et domno Nicolao prepositis, ut supra nomine et pro parte dicte ecclesie et clericorum, <omne ius> seu omnia iura et actiones reales et personales et mistas, perentorias, petitorias, vi et iuris persecutorias, anomalas obligationes, promissiones quibuscumque <alias, tacitas et expressas, quas et que habere possent> ac ei competent et competere possunt in et super dictis rebus, cum omnibus et singulis iuribus suis; inducens ipse dominus Lucas cantor predictos dominum Loysium <et dominum Nicolaum>, presentes, in vacua possessione dictorum bonorum nomine et pro parte dicte ecclesie et clericorum, presentium et subcessive futurorum, // (c. 503v) ad habendum, tenendum, possidendum, utifruendum et facere, nomine <et> ad opus dicte ecclesie omni tempore, absque contradicione et molestia ipsius domni Luce cantoris et successorum et heredum suorum et quod posse... et vere damno dicte ecclesie... et nihilominus expresse idem cantor reservans fructus, redditus et provenitur ipsarum terrarum donatarum per se, qui libere absque contradicione, ostaculo et... recolusi facere dictos fructus anno quolibet a colonibus, laboratoribus, seminantibus in dictis terris pro vita sua, ta(ntu)m vita durante et quod post eius obitum predicti... sic expresse pactizatum et reservatum et concessum ex(ceptio)ni inter partes ipsas nomine prout

ex nunc et tunc prout ex nunc quod pactum et reservatum infringi nec annullari non possit quoquomodo... cum quibus dicta reservatio posset annullari et vacuari; quibus expresse renunciavit exceptioni per ambes partes quam donationem, traddicionem et omnia alia et singula in presenti instrumento contenta promisit... per stipulationem legitimam et sollemnem prepositis ipsis, nomine dicte ecclesie Sancti Michaelis stipulantibus pro se ipsis et aliis successoribus dicte ecclesie, nomine ipsius, omni tempore habere, tenere et tacite et inviolabiliter observare et contra non facere, dicere, opponere vel venire, de iure vel de fatto, in iudicio vel extra iudicium, // (c. 504r) aliqua ratione vel causa, publice vel occulte per se vel alios eius nomine, sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium et stabilium seseque moventium ubicumque positorum et ad penam unciarum auri viginti, medietate ipsius pene curie Sedis apostolice vel curie domni episcopi Potentini vel alteri competenti curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela persolvenda et altera medietate dicte pene procuratoribus et prepositis nomine dicte ecclesie persolvenda, me predicto notario tanquam persona puplica pro parte ipsarum partium et predictorum prepositorum dicte ecclesie presentium et futurorum ac aliorum quorum pro parte dicte ecclesie interest et interesse, presentium et futurorum, penam ipsam solemniter et legitime stipulantibus. Que pena totiens committitur et exigi valeat cum effectu a dicto domno Luca cantore donatario et heredibus suis quotiens contra predicta fuerunt quomodolibet contraventum dictaque pena comissa vel non comissa, exapta vel non exapta aut gratiose remissa, predicta omnia et eorum singula in suo semper robore perseverante. Renunciavit

dictus domnus Lucas cantor donatarius dictis prepositis, nomine quorum supra presentibus et successive futuris perpetue dicte ecclesie et pro // (c. 504v) certa eius scientia, expresse, exceptioni doli mali et in factum, presentis non sic celebrati contractus, rei alio modo geste quam superius et inferius continetur, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non secute realiter donationis, tradicionis et assignationis predictorum bonorum et terrarum, legi dicenti donationis ultra quingentos aureos sine instimatione predictos <sic> facta non valere et propter vitium ingratitudinis non valere et revocari posse, licteris, privilegiis, cedulis ac rescriptis quibuslibet impetratis et impetrandis omnibusque aliis iuris, exceptionibus, allegationibus, defensionibus iuris et facti iurique dicenti generalem renunciacionem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non possit, quibus idem cantor donatarius predictaque posset infringere vel quomodolibet annullari; et insuper renunciavit exceptioni iuris et facti, canonico et civili, epistole donationis causa mortis et omnibus exceptionibus, actionibus et legum auxiliis et consiliis quibus in premissis vel aliquid premissorum contra venire possent vel quomodolibet tueri; cercioratus prius ut dixit de iuribus ipsis et effectibus eorumdem. Et quod predicta omnia vera sunt et pro actendendis et observandis eiusdem, predictus domnus Lucas cantor coram nobis corporaliter ad sancta // (c. 505r) Dei evangelia prestitit iuramentum. Quodque si defectus aliquis reperitur imposterum quandocumque in presenti instrumento vel in predictis vel subscriptis vel aliquo ipsorum, per quem presens donationis instrumentum et contenta in eo possent irritari, annullari seu viribus vacuari, eadem omnia et singula ac presens

instrumentum refici posset et ad consilium et sensum sapientis, veritatis substantia non mutata, ad omnem requisitionem prepositorum dicte ecclesie, semel et bis et quotiens opus erit autem plenam obtineant roboris firmitatem. Unde ad futuram memoriam et dictorum prepositorum ecclesie predictarum ac omnium aliorum quorum interest et poterit interesse in futurum certitudinem et cautelam, presens instrumentum factum est per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, subscriptione dicti annalis iudicis idiote subscriptum et subscriptorum testium roboratum.

3

4

5

6

7

8

9

10

11

Così S per ydiota

Così S per considerans

Così S per fructificant

Così S per fideliter

Così S per erogantur

Così S per devotam

Così S per intrinsecam

Così S per precettoris

Così S per Prezabosco (da docc. coevi)

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

Così S per rei

Così S per anormalas

Così S per quascumque

Così S per faciendum

Così S per reservavit

Così S per reditus

Così S per proventus

Così S per recoli

Così S per conventum

Così S per expresse

Così S per nunc

Così S per tunc

Così S per qui quidem

*per-instrumento periodo poco chiaro per via di probabili
errori di trascrizione*

10

26

27

28

29

30

31

Quod scripsi ego predictus Thomasius publicus ut
supra notarius qui premissis omnibus rogatus et vocatus
interfui ipsumque meo consueto signi signavi. Signum
crucis proprie manus Trincan(e)llus <sic> iudicis idiote
qui se subscribere nesciente <sic> iudice quo supra //
(c. 505v) Ego Gaspar domni Cicci testis interfui et
me subscripsi Ego domnus Antonellus de Baolo
archipresbiter Potentinus testis sum Nos frater Robertus
abbas Sancti Angeli de Bosco testis sum Ego
domnus Ricapons Musinaulus testis sum Ego diaconus
Ioannes Patirario testis sum Ego magister Iohannes de
Castellucia testis sum

32

33

34

Così S per fuerit

Così S per perseverent

Così S per pro parte

Così S per donationes

Così S per insinuatione

Così S per donec

Docc. coevi Barulo

Così S per? Riccardo

Così S per Patitario (da docc. coevi)

*141. Instrumentum donationis di Luca de Zoffo,
cantore della chiesa cattedrale di S. Gerardo
di Potenza, in favore della chiesa di S. Michele*

In docc. di poco posteriori archidiaconus